



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

Circumcisio Domini. 1. Ianuarij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

I. Ian. VITÆ SANCTORUM. 9  
suffragium abjecere, & ignorare consilium.  
Sta super custodiam tuam : Tibi  
assistunt Angeli; à dextris boni, à sinistris  
mali, S. Laur. Iust. de vit. sol. c. 16.

CIRCUMCISIO DOMINI.  
I. Ianuarij.

Ut ego te exoscular diem candidissimum ! ô fidus ! ô J e s u Nomen ! Ite  
jam astrorum arbitri , dicite sanè fata-  
lem hanc mihi stellam esse , horoscopum  
meum esse , ab hâc vitam meam , vitæ  
studia , mortem , omnia dependere.  
Recte. Quidquid igitur agam , J e s u  
auspice agam Vigilabo? in oculis J e s u s  
erit. Dormiam? J e s u m somniabo?  
Ambulabo? comes J e s u s ibit. Sede-  
bo? latus claudet J e s u s . Studebo?  
J e s u s erudiet. Scribam? calamum cum  
manu J e s u s ducet , & J e s u s J e s u m scri-  
bet. Orabo? verba J e s u s formabit , ani-  
mabit J e s u s . Fessus ero? recreabit J e s u s .  
Esuriām? sitiam? J e s u s pascet , ille po-  
tabit. Ægrotabo? Amor aderit medicus,  
J e s u s . Moriar? J e s u immoriar meo.  
J e s u s supremis labris natabit. J e s u s o-  
culos claudet. J e s u s sinus mihi tumulus ,  
tumuli inscriptio J e s u s nomen erit. Sed ,  
heu mihi? mi J e s u ! Amor meus ! quid  
video? quod si vitæ tuae aurora tam multo  
cruore jam rubet; quam largos imbres  
sanguinis in sero vitæ vespere dabis, ô Sol

A 5 meus !